

Band V., Nr. 1250, Seite 8-9

Gottfried von Neuffen und seine Gemahlin Mechtild stiften an das Kloster Maulbronn zu ihrem und der ihrigen Seelenheil ein Fuder Wein jährlich zum Messopfer und ein Malter Weizen zur Bereitung der Hostien, beides von dem Zehnten in Güglingen.

Maulbronn, 1253. Februar 6.

Universis^a Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis ego G. nobilis de Nifen¹ fidem presentibus adhibere. Cum secundum apostolum omnes dei iudicio presentemur recepturi iustam pro nostris meritis talionem, convenit nobis sanum sapientibus ipsam diem iudicii cum bonis operibus taliter prevenire, ne forte gehenne incendiis condempnemur, sed potius eterne beatitudinis iocundo antidoto recreemur. Itaque ad universitatis vestre noticiam cupio pervenire, quod ego G. et dilecta conctectalis mea Methildis^b exigente pie devotionis effectum, quo omnes religiosos diligimus et fovemus, tamen fratres monasterii de Mulinbrunne precipue promovere tenemur, quorum vitam cognovimus sanctiorem et innocentiam puriorem, ideo ipsis fratribus ad peregrinationis eorum viaticum augmentandum contulimus pure ac simpliciter propter deum pro remedio animarum nostrarum, patrum et matrum nostrorum omniumque parentum nostrorum, ad laudem pariter et honorem virginis gloriose Marie, unam carratam vini, quod vinum in ipso monasterio expendi debet in benedictione sacrificii salutaris, et unum malter[u]m tritici ad hostias faciendas. Sane ne predicti fratres tempore vel loco in presentibus non expresso, ubi donationem debeant percipere prelibatam, aliquod dispendium paciantur, consideratione sollicita providentes volumus, ut tam vinum quam triticum percipiant de decima nostra in Gugelingen, triticum in messe tempore percipiendorum fructuum, vinum vero in vindemiis sub torculari singulis annis imperpetuum nichilominus percipiendum, sperantes propter hoc predictorum fratrum orationibus adiuvari et per suorum suffragia meritorum thesaurum apud altissimum comparari. Preterea ne predicti fratres super donatione nostra, quam cupimus perhennari, aliquorum preiudicio forte imposterum pregraventur, presentem scedulam fecimus conscribi et in argumentum evidentie plenioris cum sigillo venerabilis H. abbatis

^aMit verzierter Longata.

^bDieser Name auf Rasur.

¹Gottfried von Neuffen, berühmter Minnesänger, zwischen 1234 und 1255 urkundlich genannt, vgl. Stälin: Württembergische Geschichte, Bd. 2, S. 571–586, und S. 765.

II

de Mulinbrunne, quo suum monasterium est contentum, atque meo, videlicet G. nobilis antedicti de Nifen, fideliter communiri. Testes huius donationis sunt: venerabilis H. abbas monasterii de Mulinbrunne, Cûnradus prior, Bertoldus quondam abbas dictus Mûnt, Heinricus cellerarius maior, monachi, Waltherus nobilis de Stochesberc, Berngerus de Hossenberc, Otto dictus Crelle, . dictus Gerre, milites et alii quam plures.

Acta sunt hec in claustro Mulinbrunne, anno domini M^o. CC^o. quinquagesimo tercio, in crastino Agathe virginis.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

An roter Seidenlitze zwei Siegel: 1) Das bekannte Siegel des Abts von Maulbronn, spitzoval, 45,27 mm (III. A. 2. a), zeigt einen stehenden Abt, in der Rechten den Stab, mit der Linken ein geschlossenes Buch vor die Brust haltend, Umschrift: + ABBAS IN MVLEBRVNEN; 2) Das zweite Siegel des Gottfried von Neifen, schildförmig, 47,39 mm (IV. B. 1), zeigt auf einem Topfhelm zwei zugewandte Hifthörner je mit einem Band, Umschrift: + . SIGILLVM . . . OTVRIDI DE . . IFN.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 502 U 24

Regesten:

Stälin: Württembergische Geschichte, Bd. 2, S. 585.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Maulbronn

Aussteller:

Gottfried; von Neuffen Mechthild; Frau Gottfrieds von Neuffen

Ortsindex:

Güglingen Wohnplatz (1957)

Güglingen, HN

Maulbronn Wohnplatz (7043)

Maulbronn, PF

Ochsenburg Wohnplatz (2296)

Ochsenburg, Zaberfeld, HN

Ruine Hohenneuffen Wohnplatz (408)

Ruine Hohenneuffen, Neuffen, ES

Stocksberg Wohnplatz (1892)

Stocksberg, Brackenheim, HN